



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

3. Martij. 5 Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Suadeo vobis, amicis meis, reflectere interdum pedem à molesta, & anxia recordatione viarum vestrarum, & evadere in itinera planiora, serenioris memoriæ beneficiorum Dei: ut qui in vobis confundimini, ipsius intuitu respiretis.



3: Martij. 5. Nonas.

*Obijt
anno
1210.*

B. BONE, te, & nomine bone: qui postquam in Lycæo Tolosano scientiarum divinarum cursum, cum celebri eruditionis laude absolvisti; Theologiæ mysticæ deinceps operam daturus, magistros elegisti Cisterciensis Instituti, in monasterio Custodiæ DEI. In quorum disciplina ad eò profecisti: ut qui te discipulum susceperunt magistri, mox sibi cum summo imperio preesse voluerint. Maxima laus scholæ, ubi magisterio digni sunt, qui docent, & qui docentur. Hinc cum ultra tuum pedem ad ductum non egerent subditi, *Heretici* illud in Albigeneses, velut canes, *Ecclesios Al.* siæ oblatrantes, strinxisti: quorum mul-

multitudinem copiosam, autoritate
 Innocentij II. partim Verbo DEI con- ^{bigen-}
 victam, partim mansuetudine persua- ^{ses op-}
 sam, ad Christi Ovile, ac tandem post ^{pugnās}
 labores gravissimos, tecum ad vitam
 immortalē deduxisti. Nemo est, qui ^{Opor-}
 non cupiat videri bonus. Fac tu, ut opera ^{tet esse,}
 mea ostendant, me verè & non fictè bonum. ^{non fin-}
 Terreat me gravis illa comminatio Christi, ^{gi bo-}
 infæcundam arborem, quæ non facit fru- ^{num}
 ctus bonos, reprobantis, & ad flammās
 æternū arsuras condemnantis.

B. ELISABETH, cœnobij de Ca- ^{Circa}
 stris in Lusitania sanctimonialis: quæ ^{annum}
 ab infantilibus annis adèd in amore ^{1300.}
 Divino animum tuum solidasti; ut il-
 lius robur nulli dolores, ex continua ^{Dolores}
 morborum serie subnascentes labefa- ^{patien-}
 ctaverint. Quàm verò pretiosas tibi ^{ter fert.}
 ex Patientia coronas contexueris, per
 visum tibi ostenderunt Divi Patriarche ^{visione}
 S. Ordinis, Benedictus & Bernardus: ^{robora-}
 qui postquam te jucundo spectaculo, ^{tur.}
 manentium te in cœlo gaudiorum, ad
 perseverantiam cohortati sunt, paucis
 inde elapsis diebus, ad suum te confor-
 tium evocarunt. O si & ego immensam
 hanc felicitatem à Deo obtinere merear!
 ut hos sanctissimos habeam in morte Pa-
 tronos. Tu me nunc ita doce vivere, ut tam
 optabili gratia me non reddam indignum.

B.

162 ANNI CISTERCIENS.

Passus
circa
annum
1500.

B. Martyr Anglicane, Abbas monasterij Sauliensis: qui ab hæreticis in vincula raptus, & post multa opprobria, contumelias, ac tormenta, post ipsam denique crucem, membratim discerptus, de turpissima tyrannide, pulcherrimum duxisti triumphum. De tua illa Cruce partem, veluti virtutum tuarum reliquias, in theca cordis mei reponere: ut in hoc signo vincam omnes maligni infestationes. Hic unicus salutis mee clypeus nunquam recedat à corde meo, sit spes mea, refugium, ac æterna salus mea.

Cruz
Christi.

S. BERNARDUS, ser. II. in Cant.

Redē-
ptionis
opus
semper
recolē-
dum

Bona, quæ largiri mortalibus non cessat miserator & misericors Dominus, recolere, & recolligere omnia, omni homini impossibile est. Id saltem, quod præcipuum est, & maximum, opus videlicet nostræ Redemptionis, à memoria redemptorum aliquo modo non recedat.

